ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 75r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uel ad huiuscemodi filios procreandos. p senec
tam nullus excluditur. Immo potius haec castae
progenies maturae aetati plus conuenit. sicut
et nunc abraham grandeuus. et ut scripturae dic.
senex et plenus dierum cethuram ducit uxorem.
Sed ne hoc quidem latere nos debet ex his quae p
historiam referuntur. quae et quales sint quae
generationes quae ex ipsa propagantur. Si enim
horum meminerimus. facilius quae de diuersis
gentibus in scripturis dicuntur. poterimus agnosce
re. Verbi causa. ut cum dicitur quia moyses
accepit uxorem filiam iethro sacerdotis ma
dian. qui madian inuenitur filius esse. cethurae
et abraham. Agnoscimus ergo quia uxor
moysi ex semine abraham sit. et non fuit alie
nigena. Sed et cum scribitur regina cedar. sci
endum nihilominus est. quod et caedar ex ipso
genere cethurae descendat et abraham. sed et de
generationibus ismahel similia inuenies.
Quas si diligenter intueaeris. plurimas in his
quae ceteros latent historias deprehendes.
Sed nos interim haec in aliud tempus remitten
tes. ad ea quae in consequentibus recitata sunt
properemus. Et factum est inquit post